94.

Quatuor evangelia latine.

Cod. membr. 154 folior. in fol. min., sec. 12. ~~exaratus~~ luculenter exaratus, literis init. pictis et auratis. Unumquodque evangelium praecedit pictura, miro colorum et auri splendore fulgens, inque delineandi et pingendi artificio peculiare quiddam prae se ferens. Emtus est cod. a Matthaei, qui ejus notitiam dedit in edit. N. T. ad Thessalon. p. 225 sq.

95.

Joannis apocalypsis, graece.

Cod. membr. 16 folior. in fol., sec. X duabus columnis exaratus. Fuit quondam in monasterio Iberorum montis Athus, ac deinde Matthaei, qui etiam dedit ejusdem notitiam in edit. N. T. ad Romanos p. 278 et literarum specimen ad Lucam.

96.

Του ἐν ἁγιοις πατρος Γρηγοριου ἀρχιεπισκοπου Κωνσταντινουπολεως του θεολογου εἰς τα φωτα. Accedunt duo fragmenta Basilii M. et anonymi scriptoris.

Cod. membr. 9 folior. in fol., sec. X aut XI exaratus. Emtus a Matthaei.

97.

Thomae de Aquino liber de veritate fidei catholicae contra errores infidelium.

Hoc opus in quatuor libros est divisum. In fine legitur: „Finitus est iste liber sub a. D. 1450. feria III. post festum conversionis S. Pauli in Frienstadt hora quasi vespertina."

Cod. chart. in fol., ~~sec.~~ a. 1450 exaratus. (Elect. 22 b.)

98.

Gregorii Nazianz. orationes tres, graece.

Cod. membr. 54 folior. in fol., sec. X exaratus et a Matthaei emtus. Dicitur esse nondum collatus.

~~99~~. 100.

Lucae et Johannis evangelia graece cum scholiis graecis ineditis.

Cod. membr. 227 folior. in fol., sec. X aut XI exaratus emtusque a Matthaei pretio 50 Ducatorum. Ille ejus dedit notitiam in edit. N. T. ad Thessalon. p. 248 et specimen literar. ad evang. Matthaei.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden